



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

6. Superiores quicunque elegantur per vota secreta, aliàs electio nulla sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

tatis, alijsve fabris nulla edificationis causa in ipsa postea ingrediendi necessitas relinquatur, Aldan. dicit. §. 18.
vbi teatatur ita sive decanum in Vizbonen. 17. Iulij. 1615.
¶ In vacante siam auxilio, &c. Vide Stephan. Veynas
d. confit. 1. 5. num. 11. pag. 147. vbi dicit quod ad hoc ut ma-

ioris efficacie hoc decretum haberetur, voluit eadem sancta Synodus ut contradicentes, & inobedientes per censuras Ecclesiasticas, aliasque penas, appellazione postposita compescerentur, in vacante etiam ad id in causa necessitatis auxilio brachij secularis.

Superiores quinque eligantur per vota secreta, alias electio nulla sit.

C A P V T VI.

1. Doctores de materia cap. agentes.
2. Suffragia secretò in rebus granibus ferri debent.
3. Votare secretò maiorem libertatem ad votandum habet.
4. Electio non definit esse secreta propter puram, & simplicem ostensionem schedule.
5. Ostensio vnius schedule non officit secreta electioni.
6. Electio reputatur secreta, & Canonicas electi fuerunt à superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipient.
7. Abbatissarum in electione possunt vota per Episcopum cum Vicario ore tenus accipi.
8. Electio erit nulla si in Bullis confirmationis exprimerentur nomina eligentium.
9. Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signata faciunt electionem non secretam, & peccant mortaliter.
10. Capitula permitti non debent ut fiat aliquid ex quo publicari possint nomina eligentium.
11. Presidentes Capituli non possunt principere scrutatoribus ne recipiant suffragia ultra certum numerum, &c.
12. Electio vti non secreta quibus casibus sit nulla.
13. Procuratores legitimè constituti ad eligendum non excluduntur, dummodo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona.
14. Electio dicitur Canonica quamvis quis electorum ante scrutinium dicat se velle eligere hunc, vel illū.
15. Electio Regularium ita debet fieri per vota secreta, ut non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis.
16. Electio Abbatissæ facta per vota non secreta per ignorantiam huius decreti non valet, nec Episcopus potest dispensare.
17. Electio irrita est si aliquis contra huius decreti constitutionem electus fuerit, electio irrita sit, & is, qui ad hunc effectum se in Provinciale, Abbatem, aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis existat, facultatesque super his concessæ, eo ipso abrogatae censeantur, & si in posterum alia concedantur, tanquam surreptitiae habeantur.
18. Vota an sufficiant quod sint secreta, absque alia forma.

In electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium & Abbatissarum, atque aliarum Prepositorum, quo omnia recte, & sine vila fraude fiant, in primis sancta Synodus districte præcipit omnes supradictos eligi debere a per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nec in posterum liceat, Provinciales, aut Abbes Priors, aut alios quoscumque Titulares ad effectum electionis facienda constitutre, aut voces & suffragia absentium supplere. & Si verò contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit, & is, qui ad hunc effectum se in Provinciale, Abbatem, aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis existat, facultatesque super his concessæ, eo ipso abrogatae censeantur, & si in posterum alia concedantur, tanquam surreptitiae habeantur.

1. Ide Nauarr. consil. 1. in antiqu. alias consil. 9. in nou. de electione. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 4. Quarant. in summ. Bullarij verb. Abbatissa. Fr. Emman. q. regular. tom. 2. quist. 51. arr. 6. & 8. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Abbatissa §. 6. AZOL. inst. moral. part. 1. lib. 13. c. 10. quist. 2. Frane. LEO. in hecenario Ecclesiast. part. 1. cap. 4. nu. 32. & seq. Aloys. Rice. in collectan. decis. part. 4. collect. 751. & in decis. curia Archiepiscop. Neapolitan. decis. 197. part. 4. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 183. cum seqg. Molt. in summ. tract. 6. cap. 16. num. 155. Hieron. Venero. y Leyua in examine Episcop. lib. 6. cap. 18. num. 11. cum seqg. Duran. decis. 2. 32. num. 1.
2. a. Per vota secreta.] Quando igitur de rebus granibus incunda erunt suffragia, eadem secreto ferantur, vt sine timore, quiesce quod senserit liberè loquatur, vt ait Octav. Frangip. in direct. Ecclesiast. discipl. tit. de decanis collegiatis Ecclesiistarum num. 32. votare enim secretò minus inconvenientiam, & maiorem libertatem ad votandum Christiane habere, quam votare publicè, trid. Bobadil. in sua Politica lib. 2. cap. 7. num. 38. Crt. Philip. part. 1. §. 1. num. 22. & quamus in actibus capitularibus de ure non requiratur, quod vota præstarentur secreta, expediter tamen quod in omnibus votaretur secreto, obseruant Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 185. & Castellin. in ad d. tract. de elect. pag. 495.
3. Puram, & simplicem ostensionem schedula Secretò

factam ab aliquo ex electoribus ad effectum, vt videat quem ipse eligat, non tollere quin electio subsequens immediate sit secreta, tradit. Nauarr. consil. 7. in antiqu. alias 4. in nou. de elect. Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 102. nu. 4. Castellin. in tract. de elect. cap. 2. num. 3. obseruantes eo causa electionem esse irritam, & nullam, quando electorum vota, culpa, & dolo totius, vel maioris partis Capituli publicarentur, vel quando manifestatio vnius, vel plurimum votorum est realis causa, vel presumpta rationabiliter, quod electio sequatur in hanc, vel illam personam particulariem ex vilius ostensionis.

Vnde ex hoc decreto colligunt Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 183. & Molt. in summ. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 153. quod ostensio vnius schedula, siue fiat per malitiam, siue per errorem, dummodo non causet effectum, de quo supra, non officit secreta electioni; si tamen maior pars suffragiorum ostenderetur, esset nulla electio, ex quo ante publicationem scrutinij electio manifestaretur contra formam Concilij in praesenti. Verum Rota in Trever. Abbatia S. Maximini 20. Novembris 1624. coram R.D. meo Coccino Decano, impressa per Mafobt. in praxi habendi concilij prelud. S. in princ. numer. 53. & 67. cennit electionem esse nullam, etiam si vnicum tantum suffragium publicetur, prout refert Sigism. a Bononia de elect. dub. 31. ex num. 4.

Si electi fuerint à Superioribus aliqui, qui vota omnium

num

- nium eligentium recipient, electionem reputari secretam, & canonicam, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 189. Aloys. Ricc. d. Neapol. decif. 197. num. 2. part. 4. Castellin. de electione. cap. 4. num. 4. Sigismund. à Bononia in simili tract. dubit. 27. num. 11. Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disput. 5. quest. 6. num. 8.
7. In electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissarum posse vota singularium Monialium per Episcopum unum Vicario, vel alio viro assumpto pretensus accipi, licet quatuor, aut quinque ea sciant, si hoc est iuxta formam statutorum Religionis, referunt decifum Galer. in margarita casuum conscientie, verb. Abbatissa. Nicol. Garc. d. num. 189. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 637. in 2. edit. Molief. d. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 154. Castellin. d. cap. 4. num. 4. & cap. 5. num. 28. Fr. Sigism. à Bononia. d. dub. 27. num. 11. Tamburin. d. disput. 28. quest. 4.
8. Ita strictè hoc decretum esse intelligendum, vt si post electionem factam in Bullis confirmationis, seu patribus exprimerentur nomina eligentium, electio & sicut nulla, refert decifum Castellin. d. cap. 4. num. 61.
9. Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signata, vt innotescat scrutatoribus, vel vni ex illis, quod talis elector eligit illum nominatum inschedula facere electionem non secretam, & peccare mortaliter, ac proinde sic electum factum de hoc certum, teneri resigneare praelecturam, sive officium, vel petere à Sanctissimo confirmationem cum dispensatione, referunt decifum Laurent. de Perinis. tom. 1. de Relig. subdit. & Prelato, questione 1. de obedientia, cap. 21. Castellin. dict. capitul. 4. num. 61.
10. Aduertit Fr. Emman. quest. regular. tom. 2. quest. 52. artic. 9. intentionem Concilij in praetenti suffite statuere, quod Capitula facerent electiones secretas in hoc sensu, id est, quod non permittant fieri a liquido, ex quo publicari possint nomina eligentium, & si tale quid factum fuerit, electio non valet, & subdit ex doctrina Nauarr. d. consil. 9. de elect. in neu. quod hoc habet locum in electione per scrutinium, non autem in electione per compromissum.
11. Vtrum autem in electione Superiorum Regularium Prafidens Capituli possit precipere scrutatoribus sub precepto sancte obedientie & pœna excommunicationis latè sententia, ne recipient suffragia oretenus tradis solita pro aliquibus ultra certum numerum electioni insufficientem, sed eo completo dicant electoribus ad aures, prout seruati dicitur, vt dent alijs eorum vota? & an electio hoc modo celebrata sit valida? decifum suffite de anno 1625, refert Castellin. d. cap. 4. num. 66. hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali consensi aduerteratur, omnino improbari, electionesque haec tenus celebratas si scrutatores precepto superioris obtemperantes singulorum eligentium vota non receperint, pro Canonis non haberi.
12. Electionem esse nullam, quando aliqui ex electoribus vnicam schedulam recipiunt vnico nomine scriptam, & nomen electi notum scriba, vel alteri reponunt in capsula, similiter qui accipiunt de manu scribae duas sche-
- dulas, & vnam quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit reuelare talem, qui non habuit, nisi vnam schedulam, vel talem, qui non habuit duas, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 193. Aloys. Ricc. d. Neapol. decif. 197. num. 3. part. 4. Castellin. de elect. cap. 5. num. 25. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 31. num. 6. Rota in Treueren. Abbatis 8. Maximini 20. Novembris 1624. coram R. D. mo Coccino Decano, impresa per Massobr. in praxi habendi concursum prelud. 8. in princ. num. 69. secundum Rom. manam impress.
- Procuratores legitimè constitutos cum generali mandato ad eligendum ab ijs, qui legitimè impediti sunt, non excludi, dummodo non habent speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset effe segretum, refert decifum Nicol. Garc. dict. capitul. 4. numero 200.
- Si quis electorum ante scrutinium verbo dicat se vel le eligere hunc, vel illum, non propter hoc tolli, quin electio sit secreta, eo quia potuit pro altera suffragium praestare, tradunt Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 196. Castellin. dict. cap. 5. num. 26. in fine.
- Electionem Regularium ita debere fieri per vota secreta, vt non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 204. Castellin. de elect. cap. 7. num. 7. vers. ad quorum, Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 2. num. 7. & dub. 31. num. 14. vers. & insuper, contra Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 102. num. 2. & cap. 103. num. 3. & quest. regul. tom. 2. quest. 51. art. 9. in fine.
- Electionem Abbatissæ factam per vota non secreta, per ignorantiam huius decreti non valere, nec Episcopum posse dispensare, vt valeat referunt decifum Aloys. Ricc. d. Neapol. decif. 197. num. 7. part. 4. Molief. d. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 156. Nauarr. in singul. conclus. 86. num. 3. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 31. num. 10.
- Si verò contra huius decreti constitutionem, &c.] Vide Nauarr. consil. 2. num. 4. de elect. in antiqu. alias consil. 8. num. 2. eod. tit. in nou. Fr. Sigism. à Bononia dubit. 8. num. 8.
- Vtrum autem hodie sufficiat, quod vota sint secreta ex dispositione praedicti decreti, absque alia forma? Affirmat Fr. Ludovic. Miranda in man. praelat. tom. 2. quest. 23. artic. 15. conclus. 2. circa med. afferens dispositionem, text. in cap. quia proper, de elect. modò sublatam esse per Concilium in praesenti.
- Negant Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 102. num. 2. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Abbatissa. §. 6. Azot. institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. quest. 2. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 27. num. 10. & 11. Rota in Meten. monasterij 5. Iulij 1621. in fine vers. Denique, coram R. D. mo Coccino Decano, & iterum in Treueren. Abbatis sancti Maximini 20. Novembris 1624. coram eodem, impresa per Massobr. in praxi habendi concursum, prelud. 8. in princ. num. 68. secundum Rom. impress. merito obseruantes, quod quando disponitur, quod omnes electiones Regularium debeant fieri per vota secreta, non tamen confetur sublata forma d. cap. quia proper, sed adhuc in suo robore perseverant, sunt verba Rota in d. Meten. monasterij.

Monialium superior eligatur non minor 40. annis, & quæ post octo annos professionis laudabiliter vixerit, & si talis non sit in monasterio, eligatur ex alio, vt in text. vel ex eodem monasterio una eligatur, quæ trigesimum annum compleuerit, & vnicuique monasterio sit vnicia superior. Et Episcopus in huiusmodi electionibus sicut & Regularis superior stent ante cancellorum fenestram ad audienda singulorum vota.

C A P V T VII.

1. Doctores de materia cap. agentes.

3. Abbatissæ, seu Priorissæ officij non sunt capaces illegitime, & quacumque quæ virgines non sunt.

4. Bigama Monialis absque dispensatione in Abbatissam eligi non potest.

Barbos. Collect. in Consil. Trid.